Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift



persecutores cederent dixit. Ad si sal euanu
erit. id est si uos qui a me electi estis metu
persecutionis hostib cessertis. et fide mea
negauertis. qis erit quos possit corri
gere. qui ad hoc a me electi estis ut alios
corrigatis. Ad nichilū nalet ultra nisi
ut mittat foras. Nulla inquit alia uirtus
[illegible] nisi ut extra ecclam eicia
mur et omib hominib ludibrio sitis.
Potest et hec sententia ad unū quemq;
doctorē referri. Ad si sal euanuerit. id est
si doctor euanuerit. quis erit qui eū corri
gere possit. cū ipse alios corrigere debu
isset. Si hoc est qd in sapientie libro legi
mus. Quis medebitur incantatori a ser
pente percusso. Ad nichilū utilis est. nisi
foras eiciatur. hoc est extra societatē ecclē
pellat. et etiā a paganis et iudeis ludi
brio habeat. Nonne iudas pditor sal
erat. qndo ipse cū ceteris audiuit uos
estis sal terre. Mox autē ut infatuatus est
ad nichil ualuit. hoc est emendari ñ po
tuit. qa ei lapsus irrecuperabilis fuit.
Vos estis lux mundi. Quos superius ap
pellauit sal terre. eos nūc lucē mundi uocat.
Ac si diceret. Vos qui uero lumine a me
illuminati estis. eadē ratione mundū
istū id est credentes in me conamini
illuminare. Mundū ū in hoc loco ñ hanc
circūstantiā celi et terre debem intellegere.
sed potius electos homines. De quib ali
bi dicit. Sic ds dilexit mundū. id est fideles.
n hoc qd dicit Non potest ciuitas abscondi sup montē
posita. doctrinā aplicam sup expm fun
datā significat. Non potest ciuitas abscondi sup montē posita. id est ñ potest doctrina
aplōr celari sup expm fundata. Vel ciuitas sup montē posita. scam ecclam significat.
que sup expm estructa est. Ista ciuitas ñ potest abscondi. qa ñ continet in uno an
gulo gentis iudaice. sicut qndā notus fuerat in israelis. sed usq; ad fines orbis terre.
per uniuersas partes mundi dilatata est.
Neq; accendunt lucernā et ponunt eā sub
modio. Lucernā in hoc loco pdicationē
uerbi di debem intellegere. Modius enim
ñ ob aliud positus est in hoc loco. nisi ut occul
tationē aliquā designaret. Clarer ergo
iacta litterā. quia nemo lucernā ponit
sub aliquo latibulo. sed spualiter intelle
gi potest. Ille et enim lucernā accensam
sub modio ponit. q pdicationē uerbi di
sub ponit curę corporali. modiū men
sura curę corporalis designat. Qui ideo
silet a pdicatione uerbi diuini. qd time
at aliquid molestię corporalis. ille lucer
nā ponit sub modio. qa pdicationē diui
nā inferiorē facit curę corporali. Lucerna
autē n sub modio sed sup candelabrū debet
poni. qa uidelicet ita debet esse subiecta
diuinę pdicationi cura corporalis. ut su
perior sit pdicatio uerbi diuini et posteri
or cura corporalis. Paulus apls lucernā
ñ sub modio sed sup candelabrū posuit
q dicebat. dnis ordinauit his qui euglm
annunciant. de euglo uiuere. Sed nos
ñ usi sumus hac potestate. neque uirm
grauarem. Potest etiā et alit intellegi.